



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

Quod plurib. irretitus peccatis non potest vere de vno pœnitere, nisi de omnibus pœniteat. Quibus de causis cotingunt flagella. A

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

verborum occasione pœnitentiam auferentes :  
quasi per pœnitentiam non valeat peccator post  
lapsum resurgere secundò, & tertidò, & deinceps.  
Verumetiam in hoc pœnitentiam non excludit,  
nec propitiationem , quæ sepè fit per pœnitentia-  
tiam : sed secundum baptismum & hostiam.

**QVOD PLVRIBVS IRRETITVS PECCA-**  
**tis non potest pœnitere de vno vere, nisi de omni-**  
**bus pœniteat.**

## DISTINCT. XV.

A

*Ex Grat de  
pœnit. dist. 3.  
cap. Scelera-  
tio.*

*Super can.  
Deu. 32. sunt  
plures.*

*De pœnit.  
dist. 3. cap.  
Ignis.*

ET sicut prædictis auctoritatibus illorum error  
conuincitur, qui pœnitentiam sepius agendam  
non putant, & per eam à lapsu peccantes frequen-  
ter surgere disfertur: ita eisdē illorum oppositio  
eliditur, qui plurib. irretitum peccatis afferunt de  
vno verè pœnitere , eiusdemq; veniam à Domino  
consequi posse sine alterius pœnitentia. Quodet-  
iam auctoritatibus astruere conantur. Ait n. Pro-  
pheta. Non iudicabit Deus bis in idipsum: vel vt  
alii transtulerunt, Non consurget duplex tribula-  
tio. Si ergo, inquiunt illi, aliquis sacerdoti fuerit  
cōfessus vnum de duob. vel plurib<sup>2</sup> peccatis & de  
illo iniunctam sibi pœnitentiā à sacerdote satisfa-  
ctione expluerit cōteris tacitis : non pro illo pec-  
cato amplius iudicandus est , de quo satisfecit ad  
arbitrium sacerdotis , qui vicē Christi in Ecclesia  
gerit. Ideoq; si de eo iterū iudicetur, bis in idipsum  
iudicat Deus, & consurget duplex tribulatio. Sed  
de his oportet illud tantū intelligi, qui præsentib.  
suppliciis commutantur in bonum, & sic perseue-  
rant: super quos non cōsurget duplex tribulatio.  
Qui vero inter flagella duriores & deteriores fūt,  
vt Pharao, præsentib. æterna connectunt: vt tem-  
porale suppliciū sit eis æternæ pœnæ initum. Vn-  
de Aug. Ignis succensus est, &c. i. vindicta Dei hic  
incipiet, & ardebit usq; ad extremam damnatio-  
nem. Hoc cōtra illos notandum est, qui dicunt il-  
lud,